Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8302
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

instituit. Quippe qui extate nimia latitudine
ac profunditate navigabiles sit. Hieme no gla-
cie congelati in campi speciem superemanent. Flu-
men enim ita durum & firmum fuit: ut no
solum equorum ungulis ac pedibus hominum resistat:
sed haurire volentes ne venas quidem eo: neq
concava vasa ferant: nisi serras & lingones:
ut deridentes nudo vase congestam aquam et
ac saxum ferant. Hec istorum animum et natura.

Alex:

Alex maximum Maurusiorum & sagittariorum
numerum ex oriente eduxit: item ex Osroenorum
provincia: & siqui Parthorum transfuge: ut nu-
mis suasi ipsum sequerentur auxilio futuri. Ex his
adversus Germanos aciem instruit: Nam quoque
hic exercitus illis molestus erat: Cum Maurusii spi-
culis eminus pugnarent, & insultus reditusq leui-
ssime facerent: & sagittarii nuda ipsorum capita
& procera corpora procul & facillime tanq scopulum feirent. Ad conferendam pugnam accommodati
adversi & equales sepe Romanis erant. Alex
inhis erat. Legatos ad eos mitti placuit: qui
de pace agerent. Omnia sedaturos polliceri:
Et quia indigerant pecunia assidue largiri posse.

Osroeni ppli.